

P. lat. rec

1908

S. N. 71, 26

71/26

NENIÆ LUGUBRES

In verè læctuosum at beatissimum obitum

Reverendi Clarissimiq, Viri

DN. M. VVENDELINI
MARTINI GERLACHII, EC-
CLESIAE THOMANÆ DIACONI
FIDELISSIMI

Qui

*Ex hac Terrestri ad Cœlestem Patriam evocatus inter suspiria ar-
dentia & preces continuas animum DEO reddidit, 28. Februarij,
horâ quartâ vespertinâ.*

Anno Ætatis suæ 52. à Christo nato M.DC. XXXII.
Ministerij verò 28.

*Doloris contestandi gratia conscripta ab
Amicis Cognatis & studiosis.*



ARGENTORATI,
Typis JOHANNIS CAROLI,


Anno M. DC. XXXII.

HEINRICH LUCHNER

DR. M. V. VINDLITZ

AD
BIBL. UNIV.
MONAC.

Universitäts-
München
Bibliothek



JOHANNES CAROLI

JOHANNES CAROLI

I.

AD plures ivisse ferunt, quicúnq; supremum
 Funeris attingunt per sua fata diem.
 Non abit ad plures GERLACHIUS: ivit ad illum,
 Quà via, sed paucos ducit ad astra, locum.

F. luctus testandi ergò

M. Joh. Conradus Dannhavver,
 P. L. Prof. Eloq. P. & p. t.
 Fac. Phil. Decan.

II.

GOTWALDUM sequitur GERLACHIUS omineraro,
 Cum cadit in domitâ pastor uterq; nece:
 Ille repentino cor suffocante catarrho,
 Hic nimis ardenti cor feriente febre.
 Hinc THOMANA caret binis ECCLESIA servis,
 Qui fidis vigilent frontibus ante gregem:
 Quid DEUS hoc signet raptu, nescimus; ut autem
 Nil mœsti signet, mente rogamus eum.
 Constat enim mortes mala multa secuta piorum,
 Si quis præteriti temporis acta legit
 Interea molli recubet GERLACHIUS urnâ,
 Et vigil & constans servus amansq; DEI.
 At DEUS in vacuas stationes surroget aptos,
 Tam bene qui curent erudiantq; gregem.

Samuel Glonerus.

III.

M Martinus Wendelinus Gerlachius.

per Anagr:

Vulnera Christi: Angelus mundi meus.

Turbor. Vix ego per turbor, licet undiq; mortis
 Angat me tumulus, peccati tangat acervus
 Perstat res mea salva tamen, quia *vulnera Christi*
 Me redimunt, salvant, quòd eorum in fine recordor.
 Angelus immundus, mundo fremat undiq; quamvis
 Orcus & horriferos eructet faucibus ignes:

A ij

Perstat

Perstat res mea salva tamēn, *meus Angelus* esto
Rex *mundi*, mundum, qui vicit *Dæmona* & orcum
Qui mihi *vincenti* promisit *cœlica* tecta,
Tunc, non mundus erit male mundus sed mera munda.

TVnC LaCrVMæ Cessent tVnC IVbILa Certa seqVentVr.

F.

M Johann Michaël Keller, Argent. SS Th St.

I V.

STillet homo lacrimas, madefiant flumine ocelli,
Transeat hâc meritò risus ab urbe procul!
Cernimus hinc etenim, quantos Deus auferat arte
Præstantes variâ consilioq; viros.
Funere non dudum submersus Pastor acerbo
Thomanus subiit fata suprema celer.
Quem mox subsequitur Doctor medicâ arte celebris
Seublinus, præ aliis canus, honore gravis.
Vix (næ descendum est) excesserat ille feretrum,
Tertium adhuc alium mors inopina virum
Sustulit è medio: cupias si lector habere
Nomen habes: GERLACH, vir pietate potis,
Quem sibi Thomani decreverat esse sacratum
Templi grex mystem Christicolusq; cohors,
Hic est quem ob veram sanamq; extollit in astra
Doctrinam quivis, sit nisi mentis inops.
Hic est, quem Dominus statuit sibi ducere in aulam,
Ne videatrabidas post sua terga minas.
Attamen ereptis ne succumbamus inermes
Alme iræ ducibus, contrahe vela Deus!
Atq; refarcito, quæ nunc est facta, ruinam,
Possimus sanctam tutius ire viam!

Condolentia ergò deprop.

Michaël Aftius Campidonensis, SS. Th. St.

V.

INferni superat portas Ecclesia, nec vi
Nec poterit fallis illa perire dolis.
Hinc hodiè contra fraudes ac arma triumphat,
Et fit preilluris amplior ipsa suis.

Sed res in portu nondum est, namq; ira juvenis

Næ Domini è mediis emicat auxiliis.

Pastores fidos dum funere mergit acerbo

Quorum jacturâ prospera multa cadunt.

Nos precibus sepire suis: ac pascere verbo:

Ulterius possent, si modo vita foret.

Ergo est ira Dei, nostra ob peccata Prophetas

Qui rapit, at plures ne Deus abripiat,

Pectore sincero qui vis respiscat, & oret:

Parce Deus, fluctu navis operata tua est.

Jacobus Yelinus Campidonensis.

V I.

Vix unus casu nobis ereptus acerbo est

Præco Dei fidus. proh dolor! alter abit.

Non ita dissimili fato sublatus in urbe

Cum benè spargisset dogmata sacra Dei

ô Tu summe parens in messem expone fideles

Messores alios. Nam tua messis adest.

M. Johannes Fridericus Sellinger.

V I I.

Προσωνοσία τῶν Ἱεροῦ Τημοῦ

Quis non infelix me diceret? utique ovile
Sum miserum Parcæ cui rapuere duces:

Oxiduum verè nondum hocce excurrit, habebam

Pastores tres, nunc unicus Hem! superest.

Pastores superi mihi sint hos invoco cholos

Ut mihi defunctis dent pietate pares.

I. B. S. O.

V I I I.

Vita quid est hominum? dolor est, sudorq; laborq;
Fœnum, quod lectum concidit ante diem

In vita est viva specular versatilis mortis

Sunt constans Martis spicula, vita brevis.

Non curat formam, ætatem, non stemma, decusq;

Non quoq; tractantes dogmata sacra DEI,

Propterea quoniam sic Patris, jussa tulerunt

Quid profunt lachrymæ? vivit enim ipse DEO.

A iij

Interea

Interea mens docta vale, & salve, salveq; valeq;
Est tibi confectum, quod mihi restat iter.

Votum.

Maximus in faustum moveat DEUS omen ab Urbe
Et procul à patrio damna futura solo
Det pacem Dominus Verbum quoq; protegat ipse,
Sitq; fides in Te, vivida semper, Amen.

Συμπάθεισος E Cognato suo
dilectissimo F.

M. Johan Georg: Ernestus, Argent.

I X.

Harmodij, tua mors GERLACH, mihi cantiotristis
At lætus moriens cantica sacra canis.

Upilio quia pastorem, cui scala Jacobi

Primus ad astra fuit, nunc imitare gradus:

Frustra hinc sunt lachrymæ, sint quamvis sangvinetinctæ

Naturæ legi cedere nemo valet.

Vitam turides GERLACH quam degimus omnes:

Æternæ quia nunc posteritatis herus,

Theologas sacri docuisti codicis umbras,

Quid sit dicebas Unica Triplicitas:

At oculis mentis solum tibi cernere vivo,

Nunc etiam externis hæcce videre licet.

Felix, ò nimium felix, qui sedibus aulae

Donatus superæ, Gens ibi grata DEO.

Aliud.

TE, lupus haud unquam Stygius nec fraude, magistro:
A te agnos pastos diripit ore suo:

Hinc lupus haut quaquam pastorem diruet agnūm

Agni te pascunt gaudia summa DEI.

*In ultimum honoris symbolum erga piè denarum
DN. hospitem suum quondam fidelissimum
gemebundus apposuit.*

Johan Balthasar Sartorius,
Colmaria-Alfatus.

X. Quo

X.

Quo, Thesbita olim Vates donabat Elisam,
 De curru, rapidis quo citus ivie equis:
 Hoc tibi GERLACHI, (tenui discrimine), liquit
 GOTTWALT é niveo, quo citus ibat equo.
 Donabat chlamydem Vates abiturus Elisæ,
 Mira chlamys, magno munere vestis erat!
 Talis, quâ duxis velut inter mœnia saxis;
 Æquora, tùm sicco transijt ille pede.
 Et tibi quam rapidam liquit GOTTWALTUS ad:
 Vestis, per medias ire paravit aquas!
 Talis, quam indutus, niveo splendore refulgens,
 Securum, ad superos ingredereris iter.
 Hæc etenim tumidum mundani Criminis æquor
 Pulsam utrinq; TIBI quam benè cessit iter?
 Quàm scelerosa unda hæc rutilas pietatis harenas.
 Hæc, divisa viam quâ graderere, dedit?
 Felix, qui sequitur tanti vestigia cursus!
 Felix, cui tantæ prævia signa togæ.

Hospiti suo desideratiss.

Joh. David Klein, Richov: Alc:

X I.

Heu mihi! quam varijs hominum quam plena querelis
 Vita, quot, & quantis subjacet illa malis.
 Ingenio, studio pietatis & arte valentem
 Syncerâ & morum simplicitate gravem
 Cujus erat totâ bene notum nomen in urbe
 GERLACH Thomani spemq; decusq; gregis
 Eripuit Lachesis nobis violentia diræ
 Nostraq; funesto corda dolere gravat.
 Flebilibus mecum cœtus pie lecte per urbem!
 Flebilibus luge, grex pie sancte modis.
 Atq; Deum rogitaveris servare Ministros
 Ut velit, à nobis pellat & omne malum!

συμπαιθεῖσθε ἐν ἐμοὶ fecit

Georgius Schlempius, Weisen-
 burgenfis Phil. Stud.

X I I.

Quod rursus doleat Thomanum funere Templum,
 GERLACHII nobis indicat hic obitus:
 Quem rapuere atræ nunc tristia spicula mortis:
 Sic Visum est DOMINO qui benè cuncta facit.
 Splendescet sanctæ venient cum gaudia vitæ
 Ut stellæ cœli perpetuis radijs.

Mart: Dreüttel, I.

X I I I.

Heu mihi quàm doleo mortem Tutoris amandi!
 Qui mihi Patronus, qui mihi Fautor erat.
 Paucos ante dies cœlum subvectus in altum
 GOTTWALDUS, Pastor qui fuit Argyropæ.
 Nunc rapitur tetrâ GERLACHUS morte Minister
 Christi, qui sparfit semina pura DEI.

*Summa condolentiæ ergo
 tutori suo apposuit
 Leonhardus Cottlerus, Argent:*

F I N I S.

